

Quaestionis
de fontibus atque ordine Antholo-
giae Cephalanae
appendix.

(Cf. vol. III, p. 161 sqq. et 541 sqq.)

Ut integram habeas quaestionem de fontibus atque ordine Anthologiae Graecae, cuius capp. V—VII et IX—XI, Anthologiam Cephalanam, iustravi, nunc in cetera Anthologiae ad fidem cod. Pal. a Iacobsio editae capp. inquiram, possitne aliquid statui de ordine epp. et de fontibus, dico capp. I—IV. VIII. XII—XVII.

Cap. I. Epp. *χριστιανικά*. Compositionis secundum argumentorum similitudinem haec vestigia apparent. Epp. 1—10, 12—17 templis inscripta sunt, quorum 2 et 3 templo Mariae ab Iustino instaurato, 12—17 aedi S. Euphemiae, filiae Olybrii destinata sunt. 19—30 in Christum, 32—35 in archangelum Michaelem scripta sunt. 37—85 Iacobsio tabulis pictis aut picturis in cod. aliquo Novi et Veteris Testamenti subscripta fuisse videntur. 92 et 93 in S. Basili templum Caesareae facta sunt, 97 et 98 in Iustini templum, 106 et 107 in *χρυσοσφρίκλινον* Mazarini, 109—114 in templum S. Mariae, 120 et 121 in templum eiusdem in Blachernis.

Quod ad poetas attinet, haec epp. maximam partem sunt anonyma, sic 1—18; sequuntur 19 et 20 *Claudiani* (sub Theodosio II) poetae, cuius epp. etiam cap. IX exstant; 21—32 anonyma sunt, quorum 23 et 28 mihi *Marini* esse videntur. Descripti sunt ex libro a Marino quodam exarato versus, quibus hic Christi gratiam sibi apprecatur. Non dubium mihi videtur, quin ipse Marinus hos versus composuerit. 33 *Nili* Scholastici est, cuius ep. exstat praeterea in Plan. 247 (V saec. in. vixit). 34—36 *Agathiae* sunt Scholastici. 37—89 anonyma sunt. 90 *Sophronii* Patriarchae, cuius epp. quaedam cap. VII leguntur. 91—100 anonyma, inter quae fortasse 91, quo Ioannes Iustinianum et Theodorum a se Christi iussu coronatos dicit, *Ioannis* est, 97 et 98, quibus Theodorus ter Consul aedem Iustino et Iustiniano dedicat, *Theodori* sunt mea sententia, illius, ut videtur, cui Cyclum inscripsit suum *Agathias*. Capp. VII et XI epp. eius continent. 101 *Menan-*

dri Protictoris est (sub Mauricio 580—602), cujus hoc unum tantum in Anthologia legitur ep. 102 — 108 anonyma. 109 *Ignatii* est, cuius poetae nomen etiam cap. XV deprehenditur (incertae aetatis). 110—121 anonyma, inter quae 119 in *Pelagii Patricii* Homero-centones ipsius fortasse est, 120 et 121 Du-Cangius *Georgio* Pisidae dat (saec. VII p. Chr.). 122 *Michaelis* Chartophylacis, cuius nullum praeterea reperitur in Anth. ep. 123 Sophronii est.

Cap. II. continetur *Christodori* poetae Thebani Coptitae ἔκφρασις ἀγαλιμάτων (sub Anastasio 491—518). Cap. VII, 697 et 698 eius sunt.

Cap. III. Epigrammata Cyzici in templo Apolloniadi a filiis exstructo, quae anaglypha exempla pietatis parentibus, imprimis matribus a liberis praestitae exhibentia interpretantur. Plurimorum argumenta ex tragoediis videntur esse derivata.

Cap. IV. Prooemia exhibentur Anthol. *Meleagri*, *Philippi*, *Agathiae* a compilatoribus praefixa et a Const. Ceph. composita. Agathiae prooemium sequitur ep., quo poeta immortalitatem, quam quis virtute et bonis libris edendis consequatur, omnibus status et imaginibus praefendam esse ait.

Cap. VIII. Epigrammata sunt *Gregorii* Theologi Nazianzeni (sub Theodosio Magno vixit). Haec epp. secundum argumentum composita esse apparet: 2—11 in M. Basilium, episcopum Caesareae in Cappadocia, 12—23 in poetae patrem, 24—74 in matrem inter sacrificandum mortuam, 79—84 in poetam ipsum, 85—86 in Caesarium, fratrem Gregorii, 88—100 in eundem Caesarium, 101—103 in Gorgonium, poetae sororem, 104—117 in Martinianum (105 in eos, qui M. sepulcrum violarunt), 118—120 in Libiam, uxorem Amphilochoi, 121—130 in Euphemium, filium Amphilochoi et Libiae, 131—138 in Amphilocho, 139—141 in Nicomedem, 142—146 in Carterium, 147. 148 in Bassum, 151—153 in Helladium, 156—158 in Naucraticum, fratrem M. Gregorii, 159. 160 in Maxentium, 161. 162 in Emmeliam, matrem S. Basili, 166—172 in eos, qui Martyrum diebus festis luxuriabantur, 170. 172 item contra sepulcrorum violatores, 173 in eos, qui ex lapidibus sepulcralibus templa exstruebant, 176—254 in sepulcrorum violatores.

Cap. XII. Cf. Jacobs. Anim. ad Anth. Gr. Vol. I. P. I. p. XLVI—XLIX. Epigrammatum secundum argumentorum similitudinem compositorum haec vestigia inveni: epp. 1 et 2 Strato quasi prooemium toti collectioni, cui nomen est Μοῦσα παιδική

praemisit; in epp. 9 et 10 puero constantiam amoris promittit. Epp. 24—27 poetarum Philippicorum Laureae et Statyllii Flacci in eodem argumento versantur: poeta, quum Polemo puer, quem in deliciis habebat, se in iter daret, vota ad Apollinem fecerat, si puer rediisset salvus. Ille barbatus rediit; quare se voti damnatum esse negat poeta. 29—33 et 35 ad pueros scripta sunt de celeri pulcritudinis fuga, 42—44 in pueros meritorios et avaros; 49 et 50 de vino agunt bibendo ad amoris curas pellendas, 51 in honorem pueri Dioclis factum. Epp. 54—57 pueri cum Amore et Apolline conferuntur, quorum 56 et 57 Meleagri in eundem Praxitelem composita sunt. 61 et 62 Aribazum celebrant. 64—70 conferuntur pueri cum Ganymede, excepto 66, quod tamen simile certe habet argumentum. 75—78 pueri cum Amore ipso comparantur. 79 et 80 amorem jam extinctum novas vires sumpsisse queruntur poetae. 82 et 83 Meleager ludit in nomine Phanii puellae, quod simul facem significat. 84 et 85 hominum auxilium implorat Meleager, qui e longa navigatione rediens, vixdum pede in terra posito, pueri cuiusdam amore in nova pericula coniicitur. 87—93 de poetis singulis multorum simul amore puerorum incensis, 88 et 91 duorum, 89 et 90 trium. 94 et 95 Meleagri sunt ad amicum Philoclem, cui altero ep. aliorum puerorum usum concedens, ut ab uno Myisco abstineat, precatur: altero pulcrorum puerorum recensum instituens eorum usum amico precatur. 96 et 97 in pueros scripta sunt partim venustos partim invenustos. 98—101: poeta philosophiae et Musis deditus Amoris vim nihili pendit primo horum epp., ceteris nihilo minus ab eo se victum esse confitetur. 110—112 cum Amore conferuntur pueri. 113 Amor Timarii oculis captus fingitur. 115—119 poetae sunt commissabundi. 120 similis est argumenti. 121 et 122 de Gratiis agitur pueris venustatem tribuentibus. 124 et 125 communem habent somnii commemorationem. 126 et 127 conqueritur Meleager de amoris cruciatibus, quibus obnoxius sit. 134 et 135 argumentum hoc est: crebra pocula pectoris arcana produnt et operata recludunt. 136 et 137 scripta sunt in aves, quae poetarum cum pueris concubitum turbaverant. 140 et 141 de poena poetae, qui puerum aliquem pulcrum esse negaverat. 156 poeta se nautae, 157 animam suam navi comparat. 158 et 159 Meleager puerum sortis suae arbitrum declarat. 163 et 164 mutuos puerorum duorum amores celebrant. 185 et 186 Stratonis sunt de pueris nimium superbis fastuque amantes deterrentibus. 233—235 eiusdem poetae de pulcritudinis brevitate. 252 et 253 eiusdem comis-

sabundi. 256 praefationis loco hoc carmen, quo puerorum coronam necit, Meleager ei carminum suorum parti, quae epp. complectebatur παιδικά, videtur praeposuisse. 258 clausula est cap. huius, quo Strato se non haec solum, sed multa alia puerilis amoris carmina scripsisse testatur.

Haec sunt, quae de carminum secundum argumenta compositionem proferre possum: apparet ea maxime in epp. Meleagri. Nonnulla huic cap. inserta sunt epp., quae non ad puerilem, sed ad puellarum amorem spectant: 53. 82. 83 in Phanium, 113 in Timarium, 114 in puellam anonymam, 147 in Heliodoram, 161 in Dorcium, quam tamen poeta cum adolescentibus ludentem et virili veste indutam fingit, 173 in Demo et Thurium. 131 Callistium meretricula Venerem sibi propitiam precatur. 153 puellae verba esse videntur, quae se ab amante neglectam queritur. Haec igitur epp. Μοῦση παιδικῇ eximenda sunt una cum 257, quo coronis loquitur in fine Anthologiae a Meleagro consarcinatae ponenda. Claudit itaque hoc carmen στέφανον Μελεάγειον; nihil cum Musa puerili habet commune. 149 obscurum argumentum est et ne hoc quidem certum, de amore puerili agi. XXII praeterea sunt epp., amorem quidem tractantia, quibus tamen nullum inest vestigium, utrum puerili an muliebri amore flagrauerit poeta. Sunt ea haec: 45. 46. 48. 50. 80. 89. 92. 98. 100. 104. 115. 117. 119. 120. 132. 134. 135. 150. 166. 168. 172. 234.

Poetarum ordinem si spectamus, in has partes dirimitur Μοῦσα παιδική: 1 — 11 Stratonis sunt: 12 — 23 epp. temere mixta Stratonis, poetarum Meleagricorum, Philippicorum, adespota, Iulii Leonidae, quem eundem habeo atque Leonidam Alexandrinum, Scythii: 24 — 27 pars est Coronae Philippicae; Laureae enim et Statyllii Flacci epp. continet: 28 — 36 carmina temere mixta poetarum ex Meleagri et Philippi Coronis, praeterea Numenii Tarsensis, Thymoclis et Asclepiadis Adramyteni: 37 — 171 pars est Coronae Meleagricae: 172 — 174 Eveni, Philodemi, Frontonis epp.: 175 — 229 Stratonis epp.: 230 — 233 Callimachi, Stratonis, Scythini, Frontonis epp.: 234 — 255 epp. Stratonis; 256. 257. Meleagri, 258 Stratonis. Quo iure epp. 37 — 171 ad unum omnia ex Mel. Cor. desumpta putem, nunc dicam. Sunt enim fere omnia revera epp. poetarum, quos vel Meleager ipse nominat, vel Passovius elus Coronae addidit, vel ipse ad eam pertinuisse demonstravi probabilibus, ut mihi videtur, argumentis; nonnulla anonyma, itaque sententiae meae haud refragantia. 124. 55 (ἄδηλον οἱ δὲ Ἀρτέμωρος) Artemonis nomen prae se ferunt: qui Artemo, si poeta

fuit, ex Mel. Cor. desumptus esse videtur. Unum tantum ep. ordinem turbasse videtur, 140 in cod. ἄδηλον, quod Brunck. et Piers. propter nomen Arcestrati cum quadam probabilitate ad Philippum referunt.

Ordinis litterarum vestigia, quam in ceteris Anthologiae Cephalanae partibus ex Anth. Mel. desumtis fere desideravimus, hic quoque nulla sunt: nisi huc referre velis 72—74 a littera η, 75—78 a particula εἰ, 80. 81 a littera ψ incipientia. In Stratonis epp. 190—193 litteram ο, 234—236 litteram ε habent initialem.

Jam transeo ad poetas ipsos nominandos. Ex iis, quos Meleager ipse nominavit, insunt *Μούση παιδική* cum ipso compilatore XII, hi: *Alcaeus* Messenius; *Antipater* XII, 97. Sidonio in diss. mea p. 85 dedi, quia epp. ex Anthologia Melegri circumdatum est; *Aratus*; *Asclepiades*. In uno ep. 36 gentile additum est nomini poetae Adramyteni. Quamquam Meleager Asclepiadem suum Sicelidem, i. e. filium Siceli nominat isque Samius est, hoc ep. nihilo minus ex Mel. Cor. depromptum esse potest, quod de ceteris, quae poetis Meleagricis immixta sunt, sine dubitatione affirmaverim. *Callimachus*; *Dioscorides*; XII, 37. 42. 169—171 parti Cor. Mel. immixta itaque D. Melegrici. Idem videtur statuendum de XII, 14. *Mnasalcas*; *Phanias*; *Polystratus*; *Posidippus*; *Rhianus*; *Meleager*. Inter eos, quos Passovius addidit Cor. Mel., duo sunt in *M. π.*: *Dionysius*; *Flaccus*. *Glaucum* ipse ex coniectura Cor. Mel. adieci propter ep. XII, 44, inter poetas Meleagricos collocatum.

Inter eos, quos Philippus ipse nominat, III sunt: *Automedon*; *Evenus* XII, 172 sequente ep. Philodemi; itaque hic Evenus is esse videtur, puerum Philippus nominat, grammaticus Atheniensis; *Philodemus*. Inter eos, quos Passovius adiecit Cor. Phil., unus est, *Diocles*. Inter eos, quos ipse ex coniectura addidi, III sunt: *Alpheus Mitylenaeus*; *Laureas*; *Stattyllius Flaccus*.

Praeter hos Mel. et Phil. Coronarum poetas leguntur in Musa puerili permulta epp. ipsius *Stratonis*, quem Iac. sec. II p. Chr. vixisse demonstravit. XII, 1—11. 13. 15. 16. 21. 175—229. 231. 234—255. 258; *Iulii Leonidae* unum, quem eundem habeo atque Leonidam Alexandrinum, qui I. p. Chr. saec. vixit; *Frontonis* duo, XII, 174. 233. Iac. in Catal. poet. Tom. XIII p. 938 eum esse dicit, quem Suidas sub Severo vixisse dicit, sexagenarium mortuum, avunculum Longini, quem haeredem nuncupavit. Quod si verum est, Strato non ante finem saec. II *Μούσαν* suam confecisse videri debet.

Quatuor praeterea poetarum nomina inveniuntur in Musa

Stratonis, de quorum aetate aliunde nihil constat, et quorum epp. tantum in hoc ipso cap. leguntur. *Artemo*. XII, 55. 124, utrumque lemmate insigne: ἄδηλον, οἱ δὲ Ἀρτέμωνος, quae epp. quum in parte Cor. Mel. 37—171 legantur, Artemo ad eam pertinuisse videtur. Idem dixerim de *Thymocle*, XII, 32, quia praecedunt 29. 30 Alcaei, 31 Phaniae, sequitur 33 Meleagri. *Numenius Tarsensis*. XII, 28, quod praeeunt IV epp. poetarum Phi., sequuntur III poetarum Mel. Dubium igitur est, utrius Cor. existimandus sit poeta; fortasse ab ipso Stratone additus. *Scythius*. XII, 22. Stratonis ep. praecedit, Mel. sequitur. 232. Stratonis ep. praecedit, Phrontonis sequitur. Hoc loco Scythinus scribitur. Obscuri nominis et aetatis est scriptor. Quum tamen versus eius III Plutarchus servaverit, ante eum vixit, itaque commode a Stratone potest esse usurpatus.

Restant epp. anonyma, quae praeter 17 et 19 omnia in parte Cor. Mel. leguntur, itaque ex hac desumpta sunt: 39, quod Alcaei esse propter nomen Nicandri probabiliter suspicatus est Reiskius. 40, quod Iac. Stratonis ingenium videtur prodere. 55. ἄδηλον, οἱ δὲ Ἀρτέμωνος. 61. 62. 66, quod Meleagri esse videtur ob nomen Dorothei. 67. 69. 79. 87—90. 96. 99. 100. 103. 104. 107. 111. 112. 115. 116, quod fortasse Asclepiadis est vel Meleagri ex Iac. coniectura. 123, Stratonis ingenio non indignum Iac. auctore. 124 ἄδηλον, οἱ δὲ Ἀρτέμωνος. 130, a Meleagro factum secundum Pauwium, optimo certe poeta dignum. 136, quod Warton. ad Theocritum ut Meleagri edidit. 140, quod Brunck. et Piers. ob nomen Archestrati probabiliter Philippo adscribunt. Callimachi tamen esse suspicatus est Albertus ad Hesych. Tom. I. p. 839; quae suspicio cum loco ep. saltem magis convenit. 143. 145, quod Warton. Meleagro dedit. 151, quod Pauwius eidem probabiliter adscripsit propter nomen Apollodoti. 152, quod Meleagri fortasse est ob nomen Heracliti. 155. 156, quod Meleagri esse videtur ob nomen Diodori. 160, quod fortasse Alcaei Messenii est propter Nicandri nomen.

Iam ea, quae Iac. in prolegg. de Stratonis Musa disputavit, quadamtenus corrigi possunt. Stratone Mel. et Phil. Coronis usum esse, confirmatur disputatione mea. Iac. p. XLVIII in nota marginali nominavit XIII poetas, qui ad Meleagri Coronam contulerint; quibus eximendus Evenus, quippe qui poeta Philippicus est, addendi Dionysius, Flaccus vel rectius Phalaeus, Glaucus, Artemo, probabiliter etiam Thymocles. Poetis Philippicis duobus a Iac. nominatis addendi Evenus, Diocles, Alpheus Mitylanaeus, Laureas, Statyllius Flaccus. Quos ipse addidit Strato, nonnisi IV restant praeter ipsum: Fronto, Iulius Leonidas, Numenius, Scythius. — Quid vero statuendum

sit de Iac. sententia, certi quidem ordinis in codice vestigia esse nulla, nunc per se patet. Ex ep. 257 Anthologiae Meleagricae clausula, quae nihil cum Musa puerili habet commune, coniecturam facio, C. Cephalam non integrum Stratonis opus recepisse, sed fortasse alia omisississe, hoc saltem ep. apposuisse; sicuti ea epp., quae in puellas scripta sunt, malim C. C. negligentiae, quam Stratonis tribuere.

Cap. XIII. *Ἐπιγράμματα διαφόρων μέτρων.* XXXI poemata continet. Ordinis epp. secundum argumentum in hoc cap. nulla vestigia inveni. Maximam partem *ἀναθηματικά* sunt et *ἐπιτύμβια*. Poetae omnes Meleagrici sunt praeter III: *Philippi 1. Parmenontis*, aliunde ignoti, 18 inscriptum. Parmeno simul is nominatur, qui hoc ep. Phocriti filius in victoriae, quam equo *κέλῃτι* reportaverat, memoriam *χάλκεα ἔργα*, fortasse ipsius equi aeneam imaginem, dedicat. Qua de causa Brunck. inter adespota exhibet, Reiskii secutus sententiam, qui Parmenontem dedicantis tantum, non auctoris nomen esse existimat. *Timocreonis* Rhodii 31, aequalis Themistocli, cuius hoc solum ep. in Anth. Pal. servatum est [A. i. Plan. 11]. Nihil obstat, quominus Parmenontem et Timocreonem ad Mel. Cor. pertinuisse censeamus; ita ut non nisi ep. 1 relinquatur, quod non ex ea ductum sit. Poetae Meleagrici sunt partim a Mel. ipso nominali: *Anacreon, Asclepiades, Bacchylides, Callimachus, Hegesippus, Nicaenetus, Phaedimus, Simonides* (Ind. pt. adde XIII, 11); partim a Passovio eius Cor. additi: *Phalaeus, Theocritus*.

Haec denique adespota sunt: 13. 15—17, quod Brunck. sine causa idonea inter Simonidea retulit. 6 Jacobs. perperam dixit in cod. sine auctoris nomine exstare. Paulssen. enim nos docuit, in cod. esse *τοῦ αὐτοῦ* i. e. Phalaei, cui Brunck. recte hoc ep. assignavit.

Hoc igitur caput sive a Constantino Cephalae sive ab alio homine tantum non totum ex Mel. Cor. collectum est.

Cap. XIV. Titulum *προβλήματα ἀριθμητικά, αἰνίγματα, χρησιμοί* Iac. confecit. In cod. enim sic est: *ἀριθμητικά καὶ γρήφαι (γρήφοι) συμμικτά. γυμνασίως χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γινῶσι τί μὲν παλαιῶν παιδες, τί δὲ νέων.* Problemata arithmetica haec sunt: 1—4. 6. 7. 11—13. 48—51. 117—147; inter quae 116 et 117, 126 et 127, 130—133, 145 et 146 similis argumenti sunt. Aenigmata: 5. 9. 10. 14. 16. 18—47, inter quae 34 oraculum *αἰνιγματικὸν* est. 52—64. 101. 103. 105. 106. 108—111, inter quae 20 et 21, 32 et 33, 40 et 41 eiusdem, 105 et 106 fere eiusdem argumenti sunt. Oracula sunt: 34. 65—100. (92 et 93 ejusdem argumenti). 102. 112—115. 148—150. Supersunt haec epp.: 8, quo numeri in talo notati eo ordine ponuntur, quo sibi in oppositis

tali lateribus respondent; 15, quo senarii iambici leges expouuntur; 17, quod laudatio est venationis, quae belli exercitatio sit, occultum capere, aggredientem sustinere, fugientem persequi doceat; 104, quod cum Huschkio in anaglyphum gemmamve sculptam compositum existimo. Pastorem enim alloquitur poeta, qui peram suam tergo, calathum manu, hircum humeris gestat. Non magis est aenigma quam 107, quo Amor lampadem et arcum et sagittas dicitur proieccisse et Aethiopum pulverem i. e. aurum pro telis profunderet. 80 et 95 oracula sunt ex Herodoto prosa oratione concepta.

Poetarum nomina nonnisi quatuor in toto capite offeruntur: *Cleobuli*, XIV, 101 cuius est etiam VII, 153. Adde XIV, 101 ad Ind. poet. in A. P. *Socratis*, 1. Hunc *ἐπιγραμμάτων ποιητήν* commemorat Diog. Laert. Huius fortasse plura alia sunt horum problematum. *Mesomedis*, 63, cujus praeterea carmen est in Plan. 323. Secundo p. Chr. saeculo vixit. *Metrodori*. Eius sunt in hoc cap. 116—147; duo praeterea cap. IX, 360 et 712. Fortasse idem est atque Metrodorus Grammaticus, qui Constantini M. aequalis fuit. 147 num item Metrodori sit, dubitari potest, propter lemma, quod a ceteris abest. — Cetera epp. anonyma sunt.

Iam quaestio de fontibus horum epp. existit. Scriptores nomino, apud quos pars horum epp. legitur, aetatis ratione habita, unde igitur vel revera fluxerunt vel fluxisse possunt illa epp.: Herodotus: 69. 76—99. 112; haud dnbe a concinnatore huius cap. usurpatus est. Achilles Tatius: 34, apud quem tamen v. 3 deest. Apollodorus: 150. Plutarchus: 84, quod tamen ex Herodoto videtur esse derivandum. 150. Ps. Plutarchus: 65. 147. Dio Chrysostomus: 112, quod tamen etiam apud Herodotum est. Pausanias: 65. Maximus Tyrius: 69, quod tamen etiam apud Herodotum legitur. Diogenes Laertius: 101. Galenus protrept. ad art. cap. IX: 69. Athenaeus: 64. Clemens Alexandrinus: 92. Est etiam apud Herodotum. Eusebius: 66. 68. 69. (V, 27. 28) 86. 92. 93. 96. Quatuor posteriora apud Herodotum quoque exstant. Themistius: 69; apud Herodotum quoque est. Proclus: 65. Stephanus Byzantinus: 65. Stobaeus: 101. Theodoret. therap. IX. p. 124: 60. Etiam apud Herodotum est. Schol. Eurip.: 64. 67. 150. Theocriti: 73. Vit. Hom. ap. Ernest.: 66. — (Tzetz. citat 64. 150, Suidas 73. 101. 148.)

Cap. XV. *Συμμικτά τινα* Iac. ea poemata inscripsit, quae in fine cod. leguntur. Sane poetarum ex diversissimis aetatibus lusus neque omnia epigrammata sunt. Ut primum de ordine carminum dicamus, hic conspici potest: Ioannis Gazae *Εφθρασίς τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν τῷ χειμερίῳ λουτρῷ*, quod poema Iac. quum non magis ad Anthologiam faciat, quam P. Silentiarii

Ecpphrasis S. Sophiae, omittendum duxit. 4—8 in monumentum Sacerdotis et Severae scripta sunt, quod Nicaeae erat prope lacum Ascanium. 13 et 14 cohaerent, quod ad argumentum attinet: nam posterius responsum est ad prius. 15 et 16 in crucem composita sunt, quam Constantinus Rhodius Lindi dedicavit. Post ep. 17 sequuntur ep. Palladae, iam exhibitum cap. IX, 400, ep. in Mariam, quod legitur etiam cap. I, 121, ep. Palladae, iam exaratum cap. IX, 183. Post ep. 19. sequitur in cod. ep. Palladae iam exhibitum X, 87; post 20 sequitur in cod. ep. Palladae, iam exhibitum X, 95. Tum 21. 22. 24—27 *τεχνοπαίγνια* sunt: syrinx, securis, alae, ara, ovum hirundinis. Post 26 in cod. sequuntur duo epp. Marino adscripta, quae iam exhibitae IX, 196. 197 Iac. hic omisit. Utrumque de Proclo agit; tum versus singularis, quo ille, qui *τεχνοπαίγνια* collegit, operam suam iactat. Post 27 in cod. sequuntur Anacreontis symposiaca semiambicia et anacreontea et trimetra; deinde carmina quaedam Gregorii Nazianzeni. Illa Iac. plane omisit eadem causa motus, qua omisit Ecpphrasin; horum primum in cap. VIII legitur: deinde sequuntur versus duo, prooemium ad *γνώμας* Gregorii, quas Iacobs. omisit. Epp. 29—34 sepulcralia sunt, quorum 32 et 33 in eadem Annam, Arethae diaconi sororem composita. 36—38 idem argumentum tractant: operam, quam Cometas Homero praestitit. 40 paraphrasis est cap. XI. evangelii Ioannis. Post 39 sequuntur duo versus, in A. P. Tom. II omitti; deinde series epp. Gregorii Nazianzeni, iam exhibitae cap. VIII. Ad ep. 40 Cometae duo versus adscripti sunt, in A. P. Tom. II omitti; post 40 iterum sequitur ep. Anastasii, quod iam exstat nr. 28. 41—50 epp. in aurigas hippodromi Constantinopolitani, 41—43 in Constantinum, 44. 46. 47. 50 in Porphyrium, 45 in Julianum, 48. 49 in Uranium.

Poetae, quos hic deprehendimus, hi sunt: ex Anthologia Meleagri III, *Anacreon*; (*Asclepiades*;) *Theocritus*. Ex Agathiae Cyclo unus: *Cyrus*. Praeterea hi poetae, quorum epp. non minus in capp. Anth. Ceph. leguntur; a) de quorum aetate constat: *Palladas*. In Ind. poet. habes XV, 20, quod in cod. *ἄλλο ἑμοίως* inscriptum: Palladae sane esse videtur, quum eiusdem poetae ep. et praecedat et sequatur, utrumque non hoc loco in A. P. typis expressum. *Leo philosophus*, fortasse Imperator. *Marinus* (IX, 196. 197 praeterea.). *Cometas*. b) duo incertae aetatis: *Archias* XV, 51, quod adde ad Ind. poet. *Besantinus*.

Quaedam nomina poetarum huic cap. propria sunt. Duorum aetatem novimus: *Arethae Diaconi* XV 32—34 qui vixit circa 920. p. Chr. *Constantini Rhodii*, qui se Leonte et Alexandro regnantibus (906—911) vixisse ait, XV, 15—17, secundum

Reiskium idem atque Constantinus Cephalas; hoc tamen incertissimum dico. Duorum aetatem coniectura assequi licet: *Constantini Siculi*, XV, 13, qui tempore Constantini Cephalae propter titulum *μαζαρίου* videtur vixisse. *Theophanis*. XV, 14 respondet antecedenti. Theophanes quoque *μαζάριος* adpellatur. Fortasse igitur hoc ep. et 35 ad Theophanem Chronographum referri poterit, qui saec. IX floruit. [A. i. VII, 537. 539.] Duo incertae aetatis sunt: *Anastasius Traulus* XV, 28. *Dosiadas* XV, 25. 26. [A. i. XV, 27.]

Duorum denique poetarum nomina et in hoc cap. leguntur, et in aliis capp. praeter V. VI. VII. IX. X. XI: *Gregorii Nazianzeni* et *Ignatii* I, 109. XV, 29—31. 39.

Haec adespota sunt: 1—8. 10. 11. (unum inter 17 et 18, I, 121.) 18. 19. 22. 23. 24. (1 v. inter 26 et 27; 2 inter 39 et 40; 2 inter 40 et 41.) 41—50.

Nihil obstat, quominus haec quoque carmina ipse addiderit C. Cephalas.

Cap. XVI. Continet epp. Anthologiae Planudeae, quae in codice Palatino non inveniuntur. Iac. in his ordinem Anthologiae illius servavit: maxime sunt ea, quae ad artes spectantia in cod. Pal. interierunt. Quorum epp. quaedam tamen leguntur in primis cod. foliis: 11. 25. 27. 52. 60. 115. 120. 159. 160. 163. 164. 182. 192. 210. 213. 220. 275. 277. 278. 283. 285. 288. 307. 326. 388.

Poetae partim ex Mel. Cor. deprompti sunt: a) quos Meleager ipse nominat, *Alcaeus*, *Alexander Aetolus*, *Antipater Sidonius*, *Anyte*, *Asclepiades*, *Damagetus*, *Diotimus*, *Hermodorus*, *Leonidas Tarentinus*, *Meleager*, *Nicaenetus*, *Nicias*, *Plato*, *Posidippus*, *Simonides*, *Theodoridas*, *Thymnes*; b) eorum, quos Passov. addidit, *Hermocreo*; c) eorum, quos ipse adieci Cor. Mel., *Glaucus*, *Moschus*. XX. Partim ex Phil. Cor. assumpti sunt: a) quos Philippus ipse nuncupat, *Antipater Macedo*, *Antiphilus*, *Bianor*, *Crinagoras*, *Tullius Geminus*, *Parmenio*, *Philippus*, *Philodemus*; b) quos Passov. addidit, *M. Argentarius*, *Antistius*, *Apollonidas*, *Erycius*, *Maecius*, *Secundus*; c) quos ipse adiunxit, *Alpheus*, *Statyllius Flaccus*. XVI. E Diogeniani Anthologio hi sunt: *Ammianus*, *Cornelius*, *Lucianus*, *Pollianus*. IV. Ex Agathiae Cyclo hi: *Agathias*, *Arabius Scholasticus*, *Damocharis*, *Ioannes Barbucallus*, *Iulianus Aegyptius*, cui etiam omnia Iuliani epp. in hoc cap. videntur adscribenda, *Leontinus Scholasticus*, *Minotaurus*, *Macedonius Consul*, *Marianus Scholasticus*, *Paulus Silentarius*, *Theactetus*, Scholasticus haud dubie, quamquam hoc non adscriptum est. X. Praeterea ex poetis capp. V. VI. VII. IX. X. XI. hi insunt cap. XVI: a) quorum aetas nota est, *Strato*. Inter Leonidea non-

nulla esse possunt *Leonidae Alexandrini*. *Palladas*. *Zenodotus*. b) Quorum aetas ignota est, *Archias*, *Evenus Gallus*, *Satyrus*.

Praeter poetas capp. V—VII et IX—XI hi poetae apparent, qui, quia in ipso hoc cap. leguntur, ad Constantini Cephalae Anthologiam pertinuisse videntur: a) quorum aetas vel certa est vel probabili coniectura designari potest: *Theognis* (Ol. 58.) XVI, 10. [A. i. IX, 50. 118. X, 40. 113.] *Speusippus* (Ol. 108, 1) 31. *Archelaus* (Ol. 114, 2) 120; praeterea in App. epp. 12—14. *Mesomedes* (II p. Chr. saec.) 323. Eiusdem est XIV, 63. *Magnus Medicus* (veris. c. 400) 270. *Nilus Scholasticus* (V saec. in.) 247; praeterea I, 33. *Synesius philosophus* (410) 76. 79; praeterea in App. 92. Jac. in Ind. poet. eum a *Synesio Scholastico*, qui floruit circa 551, cuius est XVI, 267, seiungere debebat. *Troilus* (c. 400) 55. *Cosmas* Monachus Mechanicus (fortasse c. 547) 114. *Gabrielius* Consul (veris. Iustin. aequal.) 208. *Michael Grammaticus* (veris. Agath. aequal.) 315. Jac. in Ind. poet. eum seiungere debebat a Chartophylace T, 122 et a Psello, App. 52, qui diversi videntur esse homines. Jac. ibi lectorem ad Psellum ablegat, qui nullum habet locum in Ind. *Thomas Scholasticus* (ob titul. Schol. fortasse eiusd. aet. homo) 315. Hi poetae a Magno Medico usque ad Thomam temporum ratione habita ad Agathiae Syllogem videntur pertinuisse.

Hi incertae aetatis sunt: *Apollonius Smyrnaeus* 235. In textu Anth. Pal. perperam scriptum est: *Ἀπολλων*—*Democritus* 180. *Eugenus* 308. *Euhodus* (al. sub Caligula, al. sub Nerone, al. sub Caracalla vixit) 116. 155. *Gauradas* 152. *Peritus*, cui cum Leonida adscriptum est 236. Brunckius sub Perito nomen Theocriti latere putat. *Philostratus* 110. *Theodoretus* Grammaticus 34. *Thomas Patricius* et Logotheta Cursum 379. *Xenocrates* 186. Praeterea 17 et 92 in Anth. Plan. ἀδηλα, alterum a Natal. Com. ad *Ibycum*, alterum a Tzetzta ad *Quintum Smyrnaeum* referuntur.

Inm quae restant epp., anonyma sunt.

Cap. XVII. Appendix epigrammatum apud scriptores veteres et in marmoribus servatorum. Poetae partim ii sunt, quorum nomina iam novimus inter epigrammaticarios: *Agathius*, *Anacreon*, *Antipater* Sidonius, *Anjte*, *Archelaus*, *Callimachus*, *Crates Thebanus*, *Empedocles*, *Euripides*, *Evenus*, *Hedylus*, *Theaetetus*, *Theo* Alexandrinus, *Iulianus Aegyptius*, *Iulianus Imperator*, *Leonidas* Tarentinus, *Lucianus*, *Mnasalcas*, *Nicaenetus*, *Phalaeus*, *Philistus*, *Plato*, *Posidippus*, *Ptolemaeus*, *Rhianus*, *Simonides*, *Synesius*. Partim ii, qui nondum apparuerunt, a) certae aetatis: *Aeschylus*. VI, 255 enim non tragici esse vi-

detur. *Aristoteles*, si Stagirites est Pepli auctor. App. 8. 9. [VII, 143 et 144] in cod. ἀδῆλα Iac. ex eodem peplo desumpta esse itaque Aristotelis esse. *Arcesilaus*, princeps Academiae mediae. *Archimelus* Ol. 140. *Astydamas* tragicus Ol. 95, 2. *Daphitas*, mordax in Attalum Pergamenum. *Diophantus*, Alexandrinus, aevo-Juliano. Incertum est, utrum ep. App. 19 ipse fecerit an ab alio mutuo sumpserit. *Eratosthenes* Cyrenaeus Ol. 138, 1. *Euclides* floruit sub Ptolemaeo primo. Fabric. eum auctorem ep. App. 26 non existimat, sed hoc ep. Euclidi ad solvendum proponi. *Herodicus* sub Ptolemaeo Philometore. *Hippo* Rheginus; ante Aristotelem vixit, qui eum commemorat. *Iuba*, rex Mauritaniae. *Marcellus* fortasse Sidetes Hadriani tempore. App. 50. 51. Illud Brunck. Herodi Attico adscribit, aequali Gellii. *Parrhasius* Ol. 108, 1. *Philippus*, Macedoniae rex, Demetrii filius. Ol. 145, 3. *Pindarus*, fortasse tamen non lyricus clarissimus. *Proclus* Lycius mortuus est a 485 p. Chr. App. 69. VII, 341 in cod. ἀδῆλον Procli est, id quod e Marini Vita Procli elucet. *Sophocles* tragicus. *Cornelius Sylla* imperator Romanus. *Theocritus* Chius, Theopompi aequalis. b) incertae aetatis: *Athenaeus* (ante Diog. Laert. vixit), cui Diog. Laert. tribuit IX, 496, in cod. et Plan. auctoris nomine carens. *Aristocles*. *Asclepiodotus*. *Choerilus* App. 97, cuius ep. vv. 4 et 5 posteriores in cod. VII, 325 leguntur sine auctoris nomine. *Dorieus*. *Hermes*. *Michael Psellus*. *Nicomedes* Smyrnaeus medicus. *Pytheas*. *Philiadas* Megarensis.

Epp. ab 89 usque ad finem cap. ἀδέσποτα sunt: de qua re tamen in nonnullis mihi secus videtur. Ut nihil de 106 dicam, quod Brunck. mera coniectura ad Leonidam Tarentinum retulit, et de 358, inscripto statuae Philopoemenis Tegeae, quod Brunck. inter epp. Alpei habet, cuius nomen adscriptum a Salm. ex Wechel. (Alcaeo Messeniotribuendum suspicabatur Schneiderus.): 110, quod in templum et statuam Veneris scriptum est, ab Eone, liberta Drusi et Antoniae, ad Sinuessanum litus collocatam, inscriptum est *Γουνιώργος*. Hoc nomen auctoris esse credit Visconti non sine causa et coniectura ingeniosa hoc ep. relulit ad M. Pompejum Theophanem Iuniozem, Theophanis Mitylenaei nepotem, Antoniae Augustae aequalem. VII, 219 et IX, 28 elus sunt. Addendum itaque hoc ep. Ind. pt. sub titulo *Iunioris*. 123 in Argo navem ab Iasone deo dedicatum, desumptum est ex Dione Chrysostomo, qui hoc distichon Orpheo tribui monet. Ut non fuerit Orphei, tamen ei adscribendum erat: eodem certe iure, quo Iacobs. multis aliis epp. nomina poetarum superscripsit, quae quamquam a veteribus tradita epp. illis non conveniunt. Addendum itaque *Orpheus* Ind. poet. Suida auctore Orpheus epp. fecit. 159.

Demosthenis statuae insculptum, a Plutarcho, ubi servatum est in Vit. Dem., auctoritate Demetrii Magnetis ad *Demosthenem* ipsum auctorem refertur, neque dissentit Zosimus Ascalonita in Vit. Dem. Addatur itaque Demosthenes Ind. pt. et Cat. pt. 180 aenigma est *Eubuli* comici in Sphingocarione, unde id excerpit Athenaeus. Add. itaque Eubulus Ind. pt. et Cat. pt. 228 Cyrillus dicit, se filio suo, III aetatis anno morte exstincto monumentum posuisse sepulchrale. Haud dubie *Cyrellus* iste hoc ep. scripsit, quanquam malus versificator et diversus a Cyrillo, poeta eleganti, cuius est IX, 369, habendus. Add. hoc ep. titulo Cyrilli in Ind. pt. 277 aenigma de somnio versus sunt ex *Alexidis* comici fabula ducti, quod ex Athenaeo discimus, cui eos debemus. Auctoris nomine itaque non carent et add. *Alexis* Ind. pt. et Cat. pt. 301. *Aristides* (129—189 p. Chr.) quum decem choros suis sumptibus constituisset, quibus ipse cantica scripserat, tripodem argenteum Iovi dedicat. Ubi hos versus profert, ipse se eos composuisse dicit: καὶ ἐμοὶ μὲν παρεσκευάαστο ἐλεγέον τοιονδί. Add. itaque *Aristides* Ind. pt. et Cat. pt. 330. „Servavit Plutarchus in Vit. Timol. c. 31, unde apparet, hoc distichon Mamerici esse Catanaeorum tyranni eiusdemque poetae tragici, qui illud scutis mercenariorum Timoleontis, a Carthaginiensibus devictorum, inscribendum curavit.“ Verba haec Iac. sunt in Anim. Vol. III P. II p. 201. Add. itaque *Mamercus* Ind. pt. et Cat. pt. 382 ex cert. Hom. et Hes., ubi Homerus narratur phialam auream accepisse a filiis Midæ pro ep., cuius initium χαλκήν παρθένος εἰμί, eamque Delphis Apollini cum hac inscriptione dedicasse. Huius igitur libri auctoritate *Homerus* hoc ep. fecit. Add. igitur hoc ep. Ind. pt. sub tit. Homeri.

Haec igitur epp. immerito Iac. ad ἀδέσποτα retulit, contra in epp. 1—97, quae certis auctoribus tribuuntur, unum est ἀδέσποτον: 57 epitaphium in Nicomedem medicum, quod Iac., quia praecedunt duo Nicomedis epp., non dubitavit iis subiungere. Epp. 43 et 77 leguntur etiam in primis cod. Pal. foliis.

Scribebam Berolini m. Apr. 1844.

G. Weigand.